



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Creatur Magister. 89

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quæ omnia IGNA TIVS, quàm in-
territus esset, vultu præ se tulit;
doctus, si quò diuinitus mittere-
tur, pacem inter arma, in pericu-
lis securitatem, ipsiſq; sub labo-
ribus otium sperare. Secundum
hæc cum bono Deo in Galliam
transiit, itinere pedestri atq; an-
no MD. ID. XXVIII. Parisios in-
columis peruenit.

88 Iam alibi senserat, properatas
studiorũ spes secus euenisse, nec,
nisi nouo incepto, corrigi posse.
Igitur Parisijs prius institit ad hu-
maniores litteras per biennium
incũbere, quã grauioribus initia-
retur; Tum deinde Philosophiæ
operã diligentẽ triennio nauare:
Vbi quidẽ p̄gressus fecit, quãtos
vel p̄ses ipse iudicauit, ad honorẽ
magistri petẽdũ idoneos. 89 Quẽ
locũ ille, quò luculẽtius doctrinẽ
testimoniũ ad ceteros iuuandos
perferret, non repudiauit. Post-

modo se, diuinis etiam litteris deditformandum: nec sine Numine. Nametsi ad Musicos labores, credi vix potest, quæ hominem incommoda exceperint, tamen haud fregere. Primum illi domicilium, locus fuit hospitalis à S. Iacobo dictus: sed extra, & ostiarim victum rogabat. Contactus primo triennio identidem in Belgas excurrere, inque Angliam trajicere: Vnde annuo commeatu de Hispanis institoribus collecto, egestatis iniurias tolleraret. Accedebant assiduæ corporis & asperrimæ vexationes, quibus vel solis labefactari vires potuere. Quod quidem non diu post euenit: quando, ne vita prorsus amitteretur, necesse aliquamdiu fuit, scholas omittere. Rursus lacerabant illum aliæ item curæ: quibus anxius, alienæ salutis consultum volebat. Denique acribus
mul-

multorum odijs appetitus, vehementer iactabatur: cuius tempestatis initia hæc fuere. 90 Spectabatur per idem tēpus adolescentes aliqui nobiles, & ingenuis opibus clari: quos exemplum IGNATIUM ad res mortales abdicandas exciuerat. Hi ausi simul fortunas suas in egenos spargere: simul egere ipsi, ac necessaria cum mendicis petere: præterea lautitijs publica Xenodochia, vbi degerent, præferre. Quod illorum factum, vt in spectaculum traxit pleramque ciuitatem: ita parentibus amicisque haud magnopere probabatur. 91 Nec nesciebāt, IGNATIVUM mouisse. Ea propter illum aggrediuntur, ac velut in mali auctorem, concepta quilibet odia euomunt, falsisque illum commentis criminatur. Nominatim veró adolescens Hispani nominis, qui hoc item consi-